Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum Tractatuum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Fasciculus Exercitiorum Et Considerationum, De Præcipuis Veritatibus Christianæ Fidei Et Sapientiæ - Ad efformationem Christianæ vitæ, consecutionem salutis æternæ collectus: & usui accommodatus

Drużbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066332

Exerc. 5. De Reverentiâ Dei propter ejus Omnipotentiam & Dominium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45396

Visual Library

PRAXIS.

DEUS, qui Sanctitatis omnis Dominus, & auctor & fons, & regula, & finis es, cui nihil placet non ſanctum, nihil diſplicet Sanctum: & qui ad Sanctitatem, ſanctificationemque noſtram, Unigenitum Filium tuum, tuam ſcilicet Subſtantialem Sanctitatem, Humanitati noſtræ Hypoſtaticè adglutinaſti, in eodemque nobis omnem Sanctitatis fontem perenniter conſtituiſti; Huic ego tuæ inæſtimabili Sanctitudini, æternam laudem, & dilectionem, & adhæſionem, & venerationem, & reverentiam, pro me, & pro omni ſimul Creaturâ exhibeo: & exhiberi æternaliter volo, atque propono. Volo Domine, ut omne momentum vitæ meæ, omnis motus ſubſtantiæ meæ, aliud ſit nihil, aliud ſpiret nihil, aliud ſonet nihil: niſi Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth: plena eſt omnis terra gloriâ tuâ. Tu Domine qui nos Sanctos eſſe vis: ſicut & ipſe Sanctus es, Sanctum in me opus omne inſpira, ut cogitem: compelle ut faciam: ſuade ut diligam te: confirma me, ut teneam te: cuſtodi me, ne perdam te. Duc me, ut perveniam ad te: da mihi te, ut poſſideam te, & in æternùm perfruar te.

EXERCITIUM V.

De Reverentia Dei, propter ejus Omnipotentiam, & Dominium.

1. STatue te coram Deo, immenſæ, omnipotentisque Potentiæ, atque Dominii: cujus Voluntati, & poteſtati nemo poteſt reſiſtere: *cui ſubeſt cùm voluerit omnia poſſe:* & qui Dominus Univerſorum eſt: & cui non tantùm rationalia, ſed irrationalia etiam & inanimata: nec *Sap. 12. 18.*

iſta ſolùm, ſed etiam poſſibilia obediunt: &
nique ipſum Nihil ſubjicitur: & juxta Volu
tem ejus prodit ad Eſſe: & tamdiu durat, qu
diu ipſe vult, & volendo facit illud eſſe.

2. Quomodo ergo & te, ô Homo: no
portet totum eſſe factum, totum fingi, to
ſubjici paratum, ad eandem Potentiam, Do
nationemque Dei?

3. Grande, ac planè intolerandum abſur
eſt, ut Nihil, & quod penitùs non eſt, Dei ta
ſubſit poteſtati: & fiat hoc quod Deus illud
jubet: Homo autem, ratione, & libertate pr
tus, & à Deo factus, dependensque totus,
tamen ſubſit, nec ſubeſſe velit ejusdem Pote
Voluntatique totus.

4. Quàm Deus potens ſit, ipſum Omni
tentiæ nomen indicat. Qui enim, omnia d
nihil excludit. Ergo DEUS omnia poteſt,
Luc. 1. 37. *non eſt apud illum impoſſibile omne verbum.*
mnia poteſt, etiam ex nihilo. Omnia pote
lus, & absque auxiliatore. Omnia poteſt,
ullo labore, ſolo nutu, & voluntate
Omnia poteſt, absque ullâ morâ tempori
quocunque inſtanti. Omnia poteſt, non
tùm ſemel, ſed quoties, & quanto numero

5. Itaque poteſt, tales Mundos, infinitos
mero facere: poteſt etiam alios perfecti
iſto, infinitè infinitos creare: poteſt infi
Angelos, Angelorumque ordines, perfectio
& perfectiores aliis alios producere: pote
finita Regna, Imperia, Urbes, Arces, infi
Auri, argenti, gemmarum, omniumque o
theſauros multiplicare. Poteſt (uno ve
omnia poſſibilia: quæ Homines, aut An

concipere poſſunt, vel non poſſunt: coram Dei tamen Sapientia eſſe illa non repugnat, & rerum ideaque illorum, in Mente Dei reſidet.

6. Poteſt etiam omnia Deus hoc modo: quia omnia, etiamque poſſibilia ſunt, ipſam hanc poſſibilitatem ſuam, à Dei potentia accipiunt. Omnia enim ex ſe nihil ſunt & ad ſummum ſolam non repugnantiam ad eſſendum productione divinâ habent: ſed quod verè poſſibilia ſunt, à DEI potentiâ tanquam radicali causâ habent.

7. Poteſt etiam omnia Deus hoc modo: quia Deus poteſt omnia in Eſſe conſervare: & ſine hoc ejus poſſe, nihil, ne quidem ad momentum durare poteſt: & omnia quocunque aſſignato momento, in nihilum primævum redigere poteſt: neque ullam remoram habere ab ullâ re poteſt.

8. Hæc Omnipotentia Dei, facit Deum Dominum omnium; Dominum ſummum, Dominum abſolutum, Dominum ſolum, Dominum æternum, Dominum omnium locorum, temporum, ſæculorum, perſonarum, rerum, jurium, legum, poteſtatum, proprietatum: Dominum ad Eſſe, & ad non eſſe: Dominum Vitæ & Mortis. Dominum reatus & meriti. Dominum ſupplicii & præmii: Dominum Indulgentiæ & Vindictæ: Dominum omnis uſus, omnium rerum, ad quodcunque illi placet.

9. Inde armat omnem Creaturam contra inſenſatos, imperat ventis, & mari, & obediunt armavit bonos Angelos contra Apoſtatas: induxit aquas immenſi maris ſuper eos, qui in diluvio perierunt: pluit ſulphur & ignem ſuper Pentapolim: quadraginta annis pluit Manna, cibum Angelorum hominibus. Immanibus plagis con-

trivit Ægyptum. Virgæ Moyſis dedit vir
faciendi prodigia in Mari rubro, producend
vios de petrâ: tubis ſacerdotalibus, & voc
puli evertit muros Jerichuntinos. Nihil
omnia (ſunt enim innumera) ineffabilia
potentiæ atque Dominationis Divinæ rece

10. At ex his perparcè perſtrictis, agn
debet omnis rationalis Creatura, & in
Homo, qualiter de Deo Domino ſuo ſe
qualiter illi affici debeat. Tanta Dei Dom
atque Omnipotentia, facit hominem; D
ſolutum & omnis conditionis ſervum,
tumque: facit & jubet timere Deum Dom
ſuum valde: facit in ſolius Dei adjutorio ha
confidenter: facit honorare, adorare, au
vereri Deum Dominum ſuum valde valdè:
humiliari ſub potenti manu Dei.

11. Facit denique, & jubet confiteri D
Eſth. 13. 9. no: *Domine, Rex, Omnipotens: in tuâ ditio
&a ſunt poſita: & non eſt qui poſſit reſiſtere v
tuæ, ſi decreveris ſalvare Iſrael. Tu feciſti
& terram, & quidquid cæli ambitu continetur
minus omnium Tu es.*

12. Audite hæc Homines: audite ſerm
iſtos Domini Dei veſtri. Ecce enim timor
um docet vos: Dominus veſter, & Sanctus
Jer. 5. 22. Vos ergo non timebitis me, *qui poſui aren
minos maris*? ita ut nec arena tam mollis,
gua, cedat tam vaſtæ moli ingruentis maris
tam furens æſtus aquarum maris, audeat
pulviſculos tranſilire minutiſſimos, à Dei p
ſibi objectos.

13. Et tu homo audebis ſtare, & cont
judicio cum Deo? Homo, vide quæſo, qu

ui reſpondeas *Deo*? vide quis tu es, qui in judi-
io contendas cum *Deo*? vide quis tu es, qui cùm
on poſſis reſpondere *Deo* unum pro mille, præ-
imas te reſponſurum mille, pro uno.

14. Vilis vermicule: putide homuncio, ca-
is mortue: audi: & totis membris, potentiis-
ue ediſce vocem *Domini* tui docentis, ac dicen-
s. *Dico vobis amicis meis: ne terreamini ab his,* *Luc. 12. 5.*
ui occidunt corpus; & poſt hæc, non ampliùs habent
uid faciant. Oſtendam vobis quem timeatis: time-
e eum, qui poſtquam occiderit: poteſtatem habet mit-
ere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete.

15. Qui legit intelligat: & qui habet aures au-
iendi audiat. Coram adeò magno, coram adeò
bſoluto, coram adeò omnipotente, coram tam
mmenſæ Poteſtatis Domino; audet vilis vermi-
ulus, fæda ranuncula, canis mortuus, abjectiſſi-
nus homuncio, ſeſe jactare, atque oſtentare ſu-
erbè, iniquè, propudiosè, ſtultè, irreverenter, ir-
eligiosè, blasphemè? Neque timet conſpectum,
eque veretur auditum, neque honorat præſen-
am, nec reveretur Majeſtatem Domini omnipo-
ntis? Si ego, (ait hic Dominus) *Si ego Pater, ubi* *Malac. 1. 6.*
honor meus? & ſi ego Dominus, ubi eſt timor meus?
iterùm ait: *Vos ergo non timebitis me: qui poſui* *Jer. 5. 22.*
renam terminos maris? tam furioſæ & immanis
ſtitatis Elementum, molliſſimâ arena circumde-
& coërcui: *& edixi illi, hucusque procedes: &* *Job. 38. 11.*
confringes tumentes fluctus tuos: Homulus au-
m vanitate & fragilitate quavis fragilior & va-
us magis: audet crepare & obſtrepere Volun-
tibus, & Mandatis Domini: aut faciem nòn re-
reri Omnipotentis?

16. Et miramur manum furoris ejus à n
non averti; à cujus Vultu nunquam auferu
iniquitates noſtræ? Timete Dominum homi
mortales, fragiles, levi flatu diſſipandi: & da
li honorem: quoniam Deus, magnus Domi
& Omnipotens Nomen illi: à facie ejus tur
Pſ. 103. 32. tur abyſſi, *reſpicit terram, & facit eam treme*
tangit montes & fumigant.

PRAXIS.

DMnipotens, tremende, adorande, æterne,
mine univerſorum, Domine Dominator,
& ſummus, & inſuperabilis dominationis atque
jeſtatis. Sub te curvantur qui portant orbem:
univerſa debent timorem, & ſervitutem: tu m
cta ſentiunt Voluntatem & poteſtatem; etiam
animata, ſed tamen ſubjecta ſunt: te adorant &
rentur omnia: quia factor omnium es. Sola i
Creatura rationalis, cui maximè competit te D
num agnoſcere, & tibi libenter, gaudenterque
re; & ecce à ſæculo confregit jugum, rupit vi
dixit, non ſerviam: denique, non novi Domi
Non eſt Deus. Pro! inſaniam! quam ipſi lapide
rident: & eam tamen ructant ii etiam, qui li
confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negan
ô Domine, tu es DEUS noſter: ô DEUS, tu es D
nus noſter: te confitetur, te amat, te adorat, te
retur, te exaltat, te timet, tibi curvatur & ſ
tur totâ ſubſtantia mea, tam pro ipſa ſe, qua
univerſa Creatura tua. Tibi Domino: tibi Re
culorum, immortali, inviſibili, omnipotenti, a
ſoli Deo, honor, & gloria, à me, toto me: & i
Creaturâ tua: in ſæcula ſæculorum.

EX

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN